

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mansuetudo g
cum fonte primo

Nichil est fedius preceptore
furioso qui, cum debeat esse mansuetus
et

humilis ad omnes,

ex diuerso toruo uultu, tremantibus
labiis, rugata fronte, effrenatis conuiciis,
facie inter pallorem et ruborem uariata,
clamore perstrepat, et errantes non tam
ad bonum retrahat, quam ad malum sua
seuicia precipitet.

Ieronymus super epistolam ad Titum:
Non iracundum et cetera.

Et reuera nihil est foedius preceptore
furioso qui, cum debeat esse mansuetus
et secundum illud quod scriptum est:
Seruum autem Domini non oportet
rixari, sed humilem esse ad omnes,
doctorem, patientem, in mansuetudine
erudientem eos qui contra ueniunt,
ille e diuerso toruo uultu, tremantibus
labiis, rugata fronte, effrenatis conuiciis,
facie inter pallorem ruboremque uariata,
clamore perstrepat, et errantes non tam
ad bonum retrahat, quam ad malum sua
seuicia praecipitet.

Hieronimus Stridonensis,
Commentarius in epistolam ad Titum, 1,
7 (CCSL 77C, F. Bucchi ed., pp.20-1,
ll.407-414).